



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XIII. Revalidatio litterarum Prædecessoris Gratiaë & Iustitiæ infra  
annum concessarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Nullitas unionis ostendit Adversarium agere sine ullo interesse, ac ulla actione, proinde audiri non debet *Bart. in l. Pupilli §. videmus ff. de neg. gest. DD. in l. in autem §. si homo ff. de rei vend. & hæc exceptio impedit omnem litis ingressum, 23 sicut & obreptio *Marc. Blan. tract. de arbit. q. 4. n. 101.**

ARGUMENTA IN REG. INNOCENTII XII

1. Gratia facta per Papam super jurisdictione, an probari debeat per sacros apices.

2. Regula hæc an habeat locum in executivis.

3. An habeat locum hæc Regula in non provisionibus, & in gratia si neutri.

4. Constitutio generaliter loquens comprehendit in se etiam exceptiones potestas in aliis constitutionibus licet ibi non dicatur.

5. Rescriptum non esse præsentatum vel

præsentatum iudici, non obtentis ab eo litteris citatoriis paria sunt, ad effectum hujus Regulæ.

6. Regula hæc aucta fuit per posteriores ab Innocentio Pontifice, & in quo.

7. Uthuius regulæ sit locus quæ requirantur.

8. Litteræ gratiæ & iustitiæ expirant per obitum Papæ illas concedentis.

9. Ante executam citationem res est integra: quod limita ut n. 9.

10. Rescripta an sint perpetua.

REGULA XII. INNOCENTII VIII.

Quæ est XI. PAULI V.

REVALIDATIO LITTERARUM PRÆDECESSORIS

GRATIÆ ET IUSTITIÆ INFRA

Annun concessarum.

Item prædictus Dominus noster omnes, & singulas ab ipso Sixto prædecessore, infra Annun ante diem obitus ejusdem Gratia concessas, vel iustitia litteras, temporibus debitis earum executionibus non præsentatas omnino revalidavit, & in statum pristinum, non videlicet ante fuerant, & eis pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit per executores prædictos, vel ab eis sub-

eis subdelegatos, perinde ad ipsarum executionem procedi posse debere, ac si executio huiusmodi temporibus prædictis inchoata esset.

GLOSSEMA ALPHONSI.

**A** Ista Regula dicit, quod Papa revalidat litteras Gratia, vel Justitia emanatas à Sixto, per annum ante obitum suum non presentatas Executoribus earum. Et mandat quod executores earum possunt perinde procedere super eis, ac si tempore debito fuissent presentate. Ista Regula habet duas partes: primam quoad litteras Gratia, secundam quoad litteras Justitia. Quoad litteras Gratia, potest poni Exemplum in resituratione ad appellandum, et aliis similibus concernentibus Jurisdictionem, & de hoc loquitur ista Regula, quod apponit ibi dum loquitur de Executoribus, & de eorum Delegatis, & hoc est quod dicitur voluit in c. 1. §. ad hæc in 4. coll. de Pace juram. firmam coll. 10. ubi querit an Gratia facta super Jurisdictione potest probari sine sacris apicibus, & dicit quod non, allegatque l. 1. C. de Mand. Princip. & l. probatorias C. de divers. off. lib. 12. Nam littera Gratia potest fieri supra rebus concernentibus jurisdictionem. Nam Princeps potest facere Gratiam in eo quod tenetur facere etiam naturali ratione, ut ipse not. in eod. §. col. 8.

Et non loquitur illa Regula de gratis expectativis super quibus dantur Executores: quia Regula alia superius dicta revocat expectativas: nisi vellemus dicere quod non revocantur etiam gratis expectative, etiam non presentate Executoribus quando nullum sunt sortis effectum, ubi dicitur: & sic intelligi quoque potest ista Regula, etiam de gratis expectativis: quia si ius essent revocata, ex quo res non erat integra, ut in cap. Si cui §. fin. de prelat. l. 6. tamen revalidat eas, dum tamen infra annum ante obitum Sixti fuisset data Expectativa. Ex quo sequitur quod cum data omnium expectativarum fuerit de primo anno sui Pontificatus de primis & secundis sub una alia data, quod ista Regula non haberet locum in expectativis, nisi in eis, qua fuerunt data sub data currenti forte propter reservationes si ciales &c. Et si sum in his qua fuerunt concessa ante annum obitus ipsius, ut hic dicitur.

Item non intelligatur ista Regula de novis provisionibus, vel de Gratia Nentri: quia licet in eis dentur Judicis & Executoribus, tamen etiam si sint concessa ante annum obitus sui, non minus crederem quod non censentur revocata: quia supra in VIII. Regula dicitur, quod si sunt expediri concessa per Sixtum in forma rationi congruit &c. ergo sequitur quod cum de iure fuit acquisitum jus per solam signaturam in Gratia si nentri, vel in sola provisione, per nos. per DD. in proem. Sexti & per glo. in item. Dudum §. nos etiam de, de Sepulch.

Et superius dixi quod ista Regula non extenditur ad novam provisionem vel ad gratiam si neque etiam concessam ante annum obitus Sixti: & ratio est, quia Constitutio etiam generaliter loquens comprehendit in se exceptiones etiam positas in aliis Constitutionibus, licet ibi non dicantur, & idem etiam si exprimantur aliqui casus tantum ibidem ut est glo. mihi notabilis in l. ita nobis pudor & ibi Salicet. C. de Adult. & in l. i. C. de Condit. inde, & sic est in casu nostro: quia ista Constitutio generaliter loquens non excludit casus comprehensos in aliis Regulis, sed in dispensationibus, vel reservationibus in integrum, vel in similibus habet locum ista Regula.

Quoad secundam partem istius Regule, videlicet de litteris concurrentibus Iustitiam, potest ponere exemplum in c. gratum de off. deleg. quia licet rescriptum concernens Iustitiam in forma Congratuatus, vel significavit, vel ad audientiam, vel forma rationi congruit, vel aliud simile emanatum à Papa Sixto, non presentatum Executoribus, vel Iudicibus tempore obitus sui, et revalidatum hic: quinimo secundum d. c. gratum & similia jura, etiamsi fuisset presentatum, sed Iudex non citavit ante obitum Sixti, ipsa facto expiraverat Jurisdictio sua, ut ibi tamen ista regula revalidat talia rescripta, quæ sunt perpetua de jure ut in l. falso C. de divet. rescript. Et in q. ~~tantum~~ dicitur hic de concessis ante annum obitus, voluit Papa notare negligentiam impetrantis, ex quo tanto tempore non presentavit juxta cap. plerumq; de rescript. & hac mihi videntur vera. Et ex prædictis respondi hic in Curia quando obiit Sixtus, quod si fuisset impetratum rescriptum ejus tempore, quod Iudex ibi datus non poterat citare eo mortuo: sed consulit quod expectaret hanc Regulam, quæ revalidat rescriptum, & tunc esset procedere, alias non.

## COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

Ista Regula) Revalidantur per Innocentii Regulam literæ ab immediate duntaxat Pontifice concessæ: at postea extensa fuit per Julium III. Clementem 6 VIII. & Paulum V. modernum Pontificem, ad concessionem duorum anteriorum Pontificum, ut ex Regulis ab ipsis editis videre est. Notandum autem obiter, ut huic Regule locus sit, quatuor requiri copulativè: I. quod à prædecessoribus sint concessæ: II. quod literæ contineant gratiam seu iustitiam: III. quod infra annum ante diem obitus sint concessæ: IV. quod temporibus debitis non sint presentatæ earum Executoribus.

Fuissent presentata) Quod est contra juris communis dispositionem: nam literæ gratiæ, & iustitiæ per obitum Papæ concedentis expirant. De litteris gratiæ est text. in cap. Si cui nulla 2. de præbend. in 6. Rota decif. 349. in No. De litteris iustitiæ est text. in cap. fin. sub fi. de offic. deleg. in 6. cap. revalidatum cap. gratum cap. licet, ex de offic. deleg. Archid. Geminia, & Franc. in cap. Si

cap. Si à subdelegato, de off. deleg. in 6. Itaq; necessaria fuit hæc Regula, ut gratia impetrantis negligenter executioni non demandata revalidaretur annuum ante diem obitus Papæ.

**C** Exspiraverat Jurisdictio sua. Nam ante executionem legitime citationem res est adhuc integra glo. in c. ut debitas in verbo assignare, ubi Innoc. Philip. Fram. de opul. Roman. Consil. 112. n. 14. Bart. & Alex. in l. 8. pluribus ff. de leg. 1. Bart. & DD. in relatum n. 5. ubi et Ab. d. tit. Miranda de ord. jud. part. 4. in 5. dist. pr. n. 36. Dicitur legitime: nam secus est si citatio minus legitima, aut valida fugerit c. quod in lym de reg. jur. in 6. cap. proposuisti, verbo legitima, de foro comp. Afflic. decil. 194. debetque citationi inseri copia commissionis, ut inducatur litispendentia Vestrius in praxi lib. 4. c. 1. n. 1. & seq.

**D** Perpetuus de jure) Quod verum nisi aliud rescriptum impetretur contra primam quod potest ad verius (etiam non facta primi mentione) facere re integrum est non presentato altero rescripto & parte citata, c. Si autem & c. 1. Contrarius gl. de rescriptis.

## ARGUMENTA IN REGVL. XIII.

INNOCENTII.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ista reg. declarat seu limitat præcedentem.</p> <p>2. Lex declarativa vel interpretativa alterius debet intelligi in terminis illius declarata.</p> <p>3. Quando intellectus dubius est, debet recurrere ad rationem naturalem &amp; ad regulas juris.</p> <p>4. Verba debent intelligi civiliter, &amp; prout ratio dicitur &amp; non abusive.</p> <p>5. Contrahens matrimonium in gradu prohibito, debet post dispensationem de novo consentire.</p> <p>6. Dispensatio ad duo incompatibilia,</p> | <p>per solam signaturam fortiter effectum.</p> <p>7. Facultas limitata dispensandi limitatum producit effectum.</p> <p>8. Officiales de quibus in hac reg. sint revocati? &amp; quid de Comite Polatino, n. 9.</p> <p>10. In quo differat hæc Innocentii reg. à regulis posteriorum Pontificum.</p> <p>11. Glossographus in quo hic exerravit.</p> <p>12. An Regibus concessa facultas beneficia conferendi sub hac reg. comprehendatur, &amp; quid in Officialibus Regi-</p> |
|---|---|

REGUL.